

tra iuris dictionē debet cōtra concedēte largif-
sime interpretari, et ad. c. 1. & 2. de Filiis pres-
by, in. 6. vbi dicitur, q̄ priuilegiū cōtra ius est
strictē interpretādū, quia ōnis recessus à iure
est odiosus. Respondet q̄ debet intelligi nisi
priuilegium tantum prēiudicet concedenti,
quia tunc censetur Principis beneficiū, quod
debet largissime interpretari, de Ver. Signif.
cap. Olim, vt hic in hoc. c. Quia circa: quia tā-
tum prēiudicat concedēti. Ex quo etiā proba-
tur, q̄ dicta concessio. Pauli. 4. qua concedit
priuilegia à suis prēdecessoribus, & ab ipso cō-
cessa Fratribus Minoribus, & Prædicatorib⁹
iuxta fauorabiliore illorū interpretationē, q̄
debet extēdi ad priuilegia futura cōcedenda
post eum. Quia hæc priuilegia tantū prēiudi-
cant concedēti, sicut remissio decimarū facta
dictis Monachis per dictū Archiepiscopū. Et
quia Papa potuit excipere vt solū de concessis
loqueretur sua cōcessio, & nō de cōcedēdis, &
nō excipit, ergo cōcessit. Atq; ita hæc cōcessio
extenditur etiam ad priuilegia concedenda.
¶ Quarto in hoc priuilegio Paulus. 4. ōnē
tollit facultatē aliter interpretādi quā in am-
pliore, & partem fauorabiliorem: Et non
solum omnia & singula priuilegia confirmat